

Oremus.

Domine Jesu Christe, qui parvulos tibi oblatos, et ad te venientes, complectebaris (*hic ponat manus super capita puerorum*) manusque super illos imponens, eis benedicebas, dicens : Sinite parvulos venire ad me, et nolite prohibere eos; talium est enim regnum cœlorum, et Angeli eorum semper vident faciem Patris mei; respice, quæsumus, ad puerorum et puellarum præsentium devotionem, et benedictio tua copiosa super illos descendat, ut in tua gratia et charitate proficiant, te sapiant, te diligant, te timeant, mandata tua custodiant, et ad exoptatum finem perveniant, per te, Salvator mundi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. R. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super vos, custodiat, atque dirigat vos, et maneat semper vobiscum. R. Amen.

(Deinde aspergantur aqua benedicta.)

Formule pour bénir les médailles, etc.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini,

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

OREMUS. Omnipotens, sempiterna Deus, qui Sanctorum tuorum officines sculpi non reprobas, ut, quoties illas oculis corporeis intuemur, toties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memoriae oculis meditemur : has, quaesumus, magines in honorem et memoriam unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi adaptatas benedicere et sanctificare digneris, ut quicumque illas intuens unigenitum Filium tuum suppliciter honorare studuerit, ejus gratiam in praesenti et aeternam gloriam obtineat in futurum. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen. *(Aspergantur aqua benedicta.)*